## Juno's Jealousy

Herculēs, fīlius Alcmēnae et Jovis, ōlim in Graeciā antīquā habitāvit. Jūnō, regīna caelī, Alcmēnam nōn amāvit, et īnfantem interficere voluit. Mīsit igitur duōs serpentēs saevōs. Serpentēs mediā nocte in cubiculum Alcmēnae vēnērunt. In cubiculō Herculēs cum frātre dormiēbat. Frāter in cūnīs, sed Herculēs in scūtō magnō cubābat. Serpentēs jam appropinquāvērunt et scūtum mōvērunt. Itaque Herculēs ē somnō excitātus est.

---

## Juno's Jealousy

Herculēs, fīlius Alcmēnae et Jovis, ōlim in Graeciā antīquā habitāvit. Jūnō, regīna caelī, Alcmēnam nōn amāvit, et īnfantem interficere voluit. Mīsit igitur duōs serpentēs saevōs. Serpentēs mediā nocte in cubiculum Alcmēnae vēnērunt. In cubiculō Herculēs cum frātre dormiēbat. Frāter in cūnīs, sed Herculēs in scūtō magnō cubābat. Serpentēs jam appropinquāvērunt et scūtum mōvērunt. Itaque Herculēs ē somnō excitātus est.